



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 112. Hæc oratio pro diversis Patrum studiis excepta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

„eos correxisse, id non accidit defectu Sæcul. XVI.
 „potestatis, sed quoniam recte munere A.C. 1562.
 „suo fuerint perfuncti: porro qui lege-
 „rit celebratum illum, nobilemque Ca-
 „nonem, *Ita Dominus*, non dubitabit, Can. 7. dist. 19
 „quin ita tenere debeat quisque catho-
 „licus, ac credere, Episcopos, qui sunt
 „Apostolorum successores, eam omnem
 „potestatem accipere a successore Pe-
 „tri. „

Postea impugnat sententiam illorum, qui affirmabant, quod summus Pontifex suam Episcopis jurisdictionem auferendi potestate careat, eoquod hæc illis data esset a Christo, proin duntaxat illis interdicere valeat illius exercitium, quod ab ipso Christo non derivatur. Denique concludit, hanc loquendi rationem, qua dicitur, quod Summus Pontifex solam jurisdictionis Episcopalis materiam præbeat, ejus vero origo a Christo Domino proveniat, esse novam, nec Doctorum probationibus usurpatam, ac proinde uti periculofam esse vitandam.

§. CXII.

Hæc oratio pro diversis Patrum studiis excepta.

Haud ægre quivis sibi persuadere poterit, quod hæc oratio gratissimis & 598. Sarp. p. 597.
 omnino auribus excepta fuerit ab Ul-

G g 3 tramon-

Sæcul XVI. tramontanarum opinionum (*) fautor.
A.C. 1562. bus. Attamen saniores, meliusque edo-
cti (**) hunc sermonem abjectis ac gra-
vi Theologo indignis adulationibus
refertum censemabant; hinc Eustachius
Bellajus Parisiensis Episcopus, qui mor-
bo præpeditus huic orationi interell-
non poterat, cum illius summam refer-
ri perciperet, adversus hasce opiniones
excandescens profitebatur, se, quampr-
imum Congregatio fieret, libere sen-
tentiam dicturum contra eam doctri-
nam prioribus sæculis minime auditam,
ac nonnisi ante annos quinquaginta a
Cajetano primum excogitatam eo fine,
ut pileum Cardinalium mereretur, sed
eam a Theologis Sorbonensibus eo ipso
tempore ignominiose notatam. His
addebat: hæc sententia adstruit unum

(*) In hoc tamen gloriantur Ultramon-
tani, quod eorum opinio proxime accedat fidei,
ac universalis Ecclesiæ judicio appri-
mit consona, opposita vere Novatorum doctri-
næ valde sit accommoda.

(**) Quinam autem fuerint hi sensati:
melius instructi, gravesque Theologi, non
memorat Continuator, præter unicum Pari-
sensem: sanorem tamen (si ita dicere fas est)
hanc instructionem ac doctrinam ei non invi-
dent illi, qui id sanæ Theologiæ consonum
censem, quod fidei atque Ecclesiæ consonat.

tantum Episcopum a Christo institutum: insinuat vero, ceteris nullam esse potestatem, nisi ab illo pendentem: quod perinde est, ac si dicatur, unum solum esse Episcopum, ceteros ejus Vicarios, ad placitum ab eodem Episcopo amovendos. Postea subjunxit: animo meo statui excitare Patres universos, ut perpendant, qua ratione auctoritas Episcopalis adeo prostrata, ac prope intermortua spiritum ducere possit, ne funditus intereat, cum omnes haec regulam Societates, quae indies augentur, illam tam vehementer concutiant (*).

^{æc} XVI.
A C 1562.

§. CXIII.

Althempfius Cardinalis Tridento ad suam Dioecesin secedens.

Cum hisce altercationibus Synodi negotia plurimum retardarentur, Althempfius Cardinalis Tridento discedendi,

(*) Hæc Gallum innato primæ iracundiae ardore effutiisse haud mirum: quinimo Sarius, præter quem nemo alias refert, adhuc magis absurdæ, & temeraria profert, quorum proterviam Continuator forte exosus, ea recitare erubuit: vide Pallavicinum lib. 18. cap. 15. n. 18. & seq. qui Suavis mendacia & calumnias ab eo circa Parisiensis hujus Episcopi orationem excogitatas refellit.